

infra annum possit ad sacerdotium promoveri. Sic Gratianus *Disceptat. forens. c. 133, n. 1*, ubi adducit plures Rot. Rom. decisiones; et videntur facere etiam decisiones S. C. C. adductæ supra n. 21, 22, 23, 24, 25, 26. Annexio enim Sacerdotii ad Capellaniam, seu beneficium, intelligitur ibi facta per modum aptitudinis. Imo juxta illustrissimi, ac Reverendissimi D. D. Josephi Mariæ Maraviglia lege 218, *Prudentiæ Episcopalis*, neque necesse est ut simplex clericus ad hanc Capellaniam sic erectam, et fundatam præsentatus, et institutus ad sacerdotium unquam promoveatur. Non enim per illam clausulam designatur qualitas pro idoneitate eligendi, sed qualitas muneris exercendi, quod cum per alium impleri possit, non est intelligenda tanquam qualitas propria personæ electæ, sed tanquam qualitas requisita ad satisfaciendum oneri, cui satis est, quod per alium satisfiat. Sic ille. Vide etiam infra num. 49. (30. Capellania, in cujus fundatione sic disponitur: « Eligatur capellanus, qui actu sit sacerdos, vel non conferatur, nisi presbytero, » requirit necessario, quod præsentandus sit actualiter sacerdos. Sic communiter doctores cum Gratiano *Discept. forens., cap. 133, num. 2*. Et ratio est clara, quia in hujusmodi dispositionibus habetur expressa mens testatoris exigentis qualitatem Sacerdotii actualis, a qua non potest recedi, neque ab ordinario etiam de consensu patronorum, ut censuit Sacra Congregatio Concilii teste Fagnano in capit. *Conquerente*, 6. de Clericis non residentibus, num. 24, et dixit Rota in Alexandrina Decanatus coram Orano 12 Junii 1598.

(31. Ad dignoscendum autem an ad Capellaniam sit præsentandus capellanus, qui actu sit sacerdos, vel solum aptitudine, sequenda est theoria, quam tenuit Rota Romana in plurimis consimilibus casibus, et signanter in Parmen. Prioratus 8 Junii 1578 coram Blanchetto, in Firmana Beneficiorum 26 Novembr. 1582, coram Orano, et 29 April. 1583 coram Blanchetto, in Valentina Jurispatronatus 20 Martii 1589, coram Orano, in Alexandrina Decanatus 12 Junii et 14 Decembris 1589, coram Orano, in Romana Capellaniam, 19 Martii 1596, coram Cardin. Pamphilio, in Gerunden. Beneficii, 22 Martii, coram Justo, in Tarvisina Jurispatronatus 27 Junii 1607, coram Marcomontio, et in Recanatensi Beneficii 14 Junii 1608, coram Cardin. Lancelloto, quæ habetur impressa part. II recent. dec. 216, n. 2, quam theoricam sæpius probavit Sac. Congr. Concil. ut refert, et tenet Fagnan. in cap. *ut Abbates* 1 de Ætate et qualitate, n. 54.

(32. Et theoria est ut sequitur: Aut verba fundationis seu institutionis beneficii respiciunt ex necessitate ipsum actum præsentationis, institutionis, vel collationis; aut non respiciunt actum, sed potius illius prosecutionem. (33. In primo casu requiritur sacerdotium in ipso actu, ut v. gr. si fundator dixerit: « Volo, ut præsentetur, vel instituat aut eligatur sacerdos, vel ut Capellania conferatur sacerdoti, seu con-

stituito in ordine sacerdotali, » quia qualitas adjuncta verbo, intelligitur secundum tempus verbi; l. *In delictis, § In extraneo*, ff. de Noxal. action., l. *si Titius, ubi Bart.* ff. de Testament. milit. id est in ipso actus initio, ut declarat Card. in cap. *Perpendimus* sub n. 7, vers. *Sed redeundo ad contrarium*, de Sentent. excomm. Gomez dec. 72 in princip. lib. I et in proposito præter Rotam, tenent Abbas in cap. *Cum in cunctis, § Inferiora*, num. 10, vers. *Secundo casu*, de Election., et dec. cum num. 21 ad finem, et num. 22, in eodem cap. *Cum in cunctis*, de Election. Idem Abbas in Clement. Ut hi sub num. 18, vers. *Item pone exemplum*, de Ætate et qualitate, et ibi etiam Cardin. in § *Illa vero*, num. 4 et Vitalin. num. 12 et Imol. col. 1 Paris. cons. 50, num. 12 et seq. lib. IV. Rebuff. in Praxi Benefic., tit. *Requisita ad collationem* num. 33 et in repetit. c. *Extirpanda, § Qui vero* in 2 *Notabili*, de Præbend. Lambertin. de Jurepatronat., part. I, lib. II, quæst. 7, art. 29. Ferret. cons. 211, num. 8 et 9. Ripa in l. *Ex facto* num. 32. ff. de Vulgar. Fagnan. in cit. cap. *Ut Abbates* num. 56, et ita Sacra Cong. Conc. 8 Maii 1677 apud Monacell. tom. II, tit. 15, form. 1, n. 18.

(34. Et idem est, si fundator Capellaniam dixerit: « Volo ut præsentetur presbyter capellanus, qui Missam celebret, » in quo casu proprie loquitur cit. Decisio Rotæ in Romana Capellaniam, 19 Martii 1595, coram Card. Pamphilio, et censuit Sacra Congreg. Concil. in una Materanesi, 8 Januarii 1628, in qua fuit decisum: « Sacerdotium actu requiri stante dispositione testatoris in fundatione duarum Capellaniarum, ut per beneficiatos provideantur clerici sacerdotes, qui teneantur et debeant Missas celebrare, et arbitrio capituli deservire, vel ipsis impeditis per alios substituendos a capellanis eisdem, et a capitulo approbandos. » Et hoc vult firmiter esse tenendum Fagnan. in cit. cap. *Ut Abbates* num. 56, quidquid contra scripserint nonnulli, quos citat Nicol. Garcias in tractat. de Beneficiis, part. VII, cap. 1, num. 62, vers. *Et quamvis*, Zerola, et alii.

(35. Nec requiritur adjectio illius dictionis, *actu seu actualiter*, id est præsentetur, seu instituat *actu* presbyter, vel qui *actualiter* sit constitutus in ordine presbyterali, ut censet Gonz. ad regul. 8 Cancell. Gloss. 5, a n. 104, sed satis est, ut testator in fundatione disposuerit: « Ut præsentetur, seu instituat sacerdos, qui Missam celebret » juxta conclusionem Rotæ, et communem per rationem jam adductam n. 33, quod qualitas adjuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi; l. *In delictis, § In extraneo*, ff. de Noxal. action. Fagnan. loc. cit. (36. Imo Barbosa de Offic. et potest. Episc., part. II, alleg. 24, num. 37, vult quod ad Capellaniam his verbis institutam: « Ut præsentetur, aut nominetur presbyter, sive sacerdos, » requiratur actu sacerdotium, quamvis non alia adessent, quæ apponi plerumque solent, nempe *qui celebret Missas*, aut his similia, quia his adjunctis certior apparet resolutio, tunc enim capellanus debet esse actu sacer-

dos tempore provisionis et impetrationis. Ita Mendoza in tract. *Annalium casuum*, numer. 8 dec. in cap. *Cum in cunctis, § Inferiora*, num. 22, de Judic., et cons. 129, incip. *Pro tenui* n. 5. Rebuff. in Recept., cap. *Extirpanda, § Qui vero notabil.* de Præbend. Spin. de Testam. gloss. 4, num. 67. Perez lib. I, vers. *Notabile est etiam dubium*, tit. 6, lib. I. Ordin. Gutierrez consil. 1, num. 11 et consil. 2 per totum; Nicolaus Garcias de Benefic., part. VII, c. 5, a num. 58. Moneta de Commut. ultim. volunt., cap. 10, quæst. 4, num. 139 et 145. Campanil. in divers. Juris Canon., rubr. 7, cap. 6, num. 10. Castropalao in Operemoral., tom. II, tract. 13, disput. 1, punct. 6, num. 12. Gratian. *Discept. forens.*, cap. 133, num. 5, et Rota Romana in una Parmensi Jurispatronatus 26 Novembr. 1582 coram Cardin. Blanchetto.

(37. In secundo autem casu, id est cum verba fundationis Capellaniam non respiciunt actum præsentationis, vel collationis, sed potius illius prosecutionem, ut dictum est, num. 33, tunc non requiritur in præsentando sacerdotium actu, sed sufficit, ut sit in ea ætate, ut infra annum possit ad sacerdotium promoveri, juxta theoricam Abbatis in cap. *Cum in cunctis, § Inferiore*, num. 10 de *Elect.* et Rotæ supra allegat. a doctoribus communiter receptam. (38. Et exemplum v. g. est, si in fundatione consimilis dispositio habeatur: « Capellanus esse debeat presbyter; » vel: « Præsentetur clericus, qui per seipsum teneatur Capellaniam in divinis inservire, et Missas celebrare; » vel: « Præsentetur qui celebrare teneatur; » et hujusmodi. (39. Nam licet in his casibus Andreas Siculus in cons. 33, Scripsit Psalmista, lib. II, et post eum Lambertin. de Jurepatron. lib. II, part. I, quæst. 7, art. 27, et alii senserint, requiri Sacerdotium actu, veritas tamen est in oppositum, ut absolute dicit Fagnan. in cit. cap. *Ut Abb.* num. 58, quia hujusmodi verba respiciunt prosecutionem ipsius præsentationis, et tempus post institutionem, et ideo sufficit, ut præsentatus sit sacerdos habitu, seu aptitudine, licet non actu; argum. cap. *Si quis* 2 de Institutionibus in 6 et in hoc casu loquitur Rota in Romana Capellaniam de Capisucchis, die 20 Novembris 1573 coram Cotta, quæ refertur in d. Romana Capellaniam 19 Mart. 1596 coram Cardin. Pamphil. (40. Et sic etiam in his et consimilibus terminis sæpius respondit Sac. Congr. Concil. et signanter in Tiburtina, in qua testator mandabat, quod in Capella erecta per eum, « Missæ celebrari deberent ab uno sacerdote de familia; eoque non existente, celebrari deberent a sacerdote deputando. » Sac. Congr. Concil. sub die 9 Decemb. 1690, declaravit Capellaniam esse clericalem. In Justinopolitana, in qua erecta erat Capellania cum hac lege: « Quod Missa quotidiana in puncto meridiei constituto sacerdote, aut canonico bonæ vitæ celebrari committatur, » et quærebatur an esset sacerdotalis? sub die 23 Novemb. 1697, ead. Congreg. respondit *Negative*. In Tusculana, in qua testator mandaverat erigi in cathedrali

beneficium cum onere inserviendi choro, et celebrandi unam Missam de *Requiem* pro qualibet hebdomada; et quia præsentatus ordines sacros infra annum non susceperat juxta consuetudines illius cathedralis, quibus reddebatur obnoxius; eadem Sacra Congregatio die 4 Septembris 1700, declaravit « beneficium esse sacerdotale habitu, et non actu tempore præsentationis, ita tamen, ut infra annum deberet promoveri. » (41. Et sic pluries declaraverat pro variis Capellaniam erectis, in consimilibus terminis, ut potest videri supra n. 22, 23, 24, 25, 26, 27, semper interpretando et statuendo, quod similes Capellaniam sint quidem sacerdotales habitu, sed tamen satis sit, ut ad eas præsententur, seu instituantur clerici in ea ætate, ut infra annum possint ad sacerdotium promoveri. (42. Regulare enim est in beneficiis sacerdotalibus, sufficere solam habilitatem ad sacerdotium; cap. *Si is* 2, de Institutionibus in 6, ibi: « Si is ad quem rectoris præsentatio in aliqua parochiali Ecclesia noscitur pertinere, quempiam non constitutum in sacris præsentet ad eam, ipsum (dummodo alias sit idoneus et infra tempus a jure statutum, ad ordines, quos ipsius Ecclesie Cura requirit, valeat promoveri) discernimus admittendum; » et ibi sic clarissime adnotatur: « Vacante aliqua Ecclesia parochiali, patronus illius Ecclesie præsentavit Titium clericum in minoribus ordinibus diocæsano, qui clericus erat alias idoneus, utrum propter istum defectum, quia non est promotus ad sacerdotium, sit repellendus a beneficio? » respondet, « quod propter defectum sacri ordinis non est a beneficio repellendus, dummodo alias fuerit idoneus, et possit promoveri ad sacros ordines infra annum; » et cap. *Si pro Clericis*, 8 de Præbend. in 6, ubi Gemin. et Franc. et Innocent. Abb. et Dec. in cap. *Cum in cunctis*, de *Elect.* in § *Infer.* Roman. cons. 325, num. 1, Dec. cons. 122, sub num. 2. Rolan. cons. 47, num. 59, l. 1, et Fagnan. in d. cap. *Ut Abbates*, n. 59.

(43. Capellania fundata cum onere interessendi divinis officiis in cathedrali, vel collegiata, requirit personale servitium, quod non potest adimpleri per substitutum; ad c. *Unicum*, de Clericis non residentibus, in 6 et cap. 12, sess. 24. Concil. Trid. ibi: « Omnia verò divina per se, non per substitutum compellatur obire officia, » juncta decisione Sacre Congr. Concil. qua ut refert Fagnan. in d. c. *Ut abbates*, num. 92, declaratum fuit d. cap. 13, vers. *Præterea*, comprehendere etiam mansionarios, et alia beneficia, quæ sunt perpetua et habent adnexum servitium in choro. (44. Si vero Capellania fundata sit in Ecclesia non cathedrali, vel collegiata, sed in alia Ecclesia non habente servitium chori; hoc casu, quamvis in fundatione capellæ cautum sit, ut Capellanus debeat Missas celebrare, et divinis inservire, seu interesse, tamen non tenebitur ordinem sacerdotalem suscipere, nec Missas, aut divina officia celebrare per seipsum, sed satis erit, ut hæc munia per alium adimpleat. Sic decisum

fuisse a Sac. Congr. Conc. in una Placentina refert Fagnan. in d. cap. *Ut abbates*, num. 67 et 68, et tenuit Rota in Romana Capellania 19 Martii 1596, coram Card. Pamphil. (43. Capellania cathedralis Ecclesiae, quarum redditus in distributionibus quotidianis consistunt, personalem residentiam requirunt. Sacra Congregatio Concilii die 9 Novemb. 1619. (46. Capellania sic instituta, « ut capellanus quotidie Missam celebret, et si negligens fuerit, certam poenam incurrat, » non requirit personalem residentiam. Sic fuisse a Sac. Congreg. decisum refert Fagnanus in d. cap. *Ut abbates*, num. 68. (47. Item personalem residentiam non requirit Capellania, in cujus erectione dispositum est, « ut domus aedificetur capellano, in qua habitet, et divinis inserviat, et nisi habitet, et inserviat, possit amoveri, et de alio provideri. » Sic decrevit Sac. Congr. Conc. in una Casalensi teste Fagnano *loc. cit.* num. 69. (48. Capellania, quibus incumbit onus celebrandi Missas, et choro inserviendi, non sunt compatibles cum canonicatibus, et parochialibus, quamvis per earum constitutiones liceat servire per substitutum. (49. Sacra Congreg. Conc. 9 Novemb. 1619. Capellania sic fundata, « ut eligatur idoneus capellanus sacerdos, qui Missam celebret, » est sacerdotalis, sed capellanus non tenetur inservire per seipsum, et potest celebrare per alium. Sacra Congregat. Concil. 17 Novemb. 1604 et 3 April. 1620. (50. Capellania non potest conferri filiis illegitimis presbyterorum in Ecclesiis, in quibus eorum patres fuerint beneficiati. Sic expresse Conc. Trid. sess. 25, de Reform. c. 15, ibi: *Ut paternae incontinentiae memoria a locis Deo consecratis, quos maxime puritas sanctitatisque decet, longissime arceatur, non liceat filiis clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, in Ecclesiis, ubi eorum patres beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcumque etiam dissimile beneficium obtinere, nec in dictis Ecclesiis quoquomodo ministrare; nec pensiones super fructibus beneficiorum, quae parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt, habere* (1).

ADDITIONES EX ALIENA MANU

(51. De Capellaniis duo potissimum quaeri solent. *Primum* est, utrum Capellania sit ecclesiastica, an laicalis. *Alterum* est, an Capellania sit sacerdotalis, nec ne. Ad primum quod attinet, nisi constet de erectione Capellaniae auctoritate ordinarii vel *vere*, vel saltem *praesumptive*, Capellania non ecclesiastica, sed laicalis dicenda est quidem, etiamsi concurrant caetera naturae eccle-

(1) Perdocte naviter ac copiose cl. auctor explicat, atque illustrat divisionem Capellaniae in clericalem, et sacerdotalem, et rursus in sacerdotalem habitum, vel actum; adeo ut iis quidquam addere perinde esset, ac tantae eruditionis luminibus officere. Eandem divisionem Capellaniae in clericalem, atque sacerdotalem affert etiam doctissimus Van-Espenius part. II, sect. 5, tit. 2, cap. 2, de *Ordin. Beneficiorum adnexo*, et licet praeter spiritum antiquorum canonum, contra

siasticae Capellaniae convenientia, ut ex text. in c. *Ad haec*, de Religios. Dom. firmavit Rota in Pampilon. *Capellaniae* impress. apud Piton. de controvers. Patron. allegat. 33, in *Nullius*, seu Orbetellen. *Capellaniae*, 3 Februar. 1741, fer. per tot. cor. R. P. D. Canillac. in Tarraconen. *Capellaniae* 12 Martii 1748, § 8, cor. Illust. Cortiada.

(52. Haeres, vel executor testamentarius, ut dictum est in additione ad verb. *Beneficium*, art. 2, num. 33 et sequent., in erectione Capellaniae auctoritatem ordinarii haud potest adhibere, eamque efficere ecclesiasticam, si ipsa a defuncto sit in actu inter vivos erecta; potest vero, si defunctus ejus erectionem demandavit in ultima voluntate, dummodo ipse defunctus, nec expresse, nec tacite alienus fuerit ab ecclesiastica qualitate Capellaniae.

(53. Hinc non inutilis est inspectio, quando defunctus alienus dici nequeat, et quando dici queat alienus a qualitate ecclesiastica Capellaniae. Si defunctus fuerit persona ecclesiastica, erectionem Capellaniae demandaverit in certa ac determinata Ecclesia, dotem et constituerit, ipsam Capellaniam nominaverit beneficium, et futuros capellanos rectores, dici nequit alienus ab ecclesiastica Capellaniae qualitate. Plene Rota in Anconitana *Beneficium*, 21 Martii 1746 per tot., cor. bon. mem. de Vais, ubi ita fuit definitum, non obstante, quod a defuncto tributa fuerit primo capellano facultas capiendi propria auctoritate possessionem honorum cum clausulis constituti et precarii, eo quia fuit creditum dictam facultatem referendam esse ad tempus non adhuc secuta erectionis.

(54. Quod si defunctus excluserit ordinarium ab institutione capellanorum pro tempore, alienus omnino dici debet a qualitate ecclesiastica Capellaniae. Piton. de controvers. Patron. Allegat. 34, n. 10. Amostaz. de Causis Piis lib. III, cap. 13, num. 4 optime. Rot. cor. Seraph. dec. 611, num. 4, cor. Lancell. dec. 1030, n. 25 et sequent. in Tarraconen. *Capellaniae* 11 Martii 1748, § 9. cor. Illustrissimo Cortiada. Item asserendum est, si bona non Capellaniae, sed Capellanis reliquerit. Piton. de controvers. Patron., allegat. 49, num. 9 et 11, et rursus allegat. 87, n. 3, Lar. de Anniversar. et Capellan., lib. I, cap. 8, num. 36. Rot. cor. Coccin. decis. 2244, n. 4 et cor. Pamphil. dec. 87, n. 5, tum si reliquit Capellaniae, sed expresso titulo stipendii et salarii capellani. Lotter. de re Benefic., lib. I, quaest. 31, n. 60 et sequent. Bord. de legat. Missar., cap. 6, n. 32 et seq. Rot. in Civitatis Castelli *Capellaniae* 5 Apr. 1744, § 10, cor. bon. mem. Vicecom. in Anagnina *Capellaniae* 16 Junii 1649,

naturam beneficiorum, ac dispositionem juris communis sequioribus aetatibus inductam animadvertit, ipsam tamen generali consuetudine jamjam inductam, atque firmatam rejicere, aut reprobare minime est ausus. Eandem etiam divisionem probat atque tuetur Cl. Pontas, verb. *Beneficarius*, cas. 2, et Cabassutius in sua *Theor. Jur. Can. et praxi*, lib. II, n. 42, cap. 28. (EDIT. NEAP.)

§ 3, et confirmatoria 30 Julii 1750, § 4, cor. Eminentissimo Matthæjo.

(55. In universum, si defunctus disponendo de Capellania aliquid demandavit, quod convenit ecclesiasticae Capellaniae, alienus dici nequit a qualitate ecclesiasticae Capellaniae; contra vero si quid voluit Capellaniae ecclesiasticae repugnans, ab ecclesiastica qualitate Capellaniae dicendus est alienus. Intellige tamen si agatur de persona, quae intelligat quid sit Capellania ecclesiastica, quidque sit Capellania laicalis; nam si res sit de rustico, de muliere, vel de aliis id genus, nec tute procedi potest cum dicta distinctione. Vide Rot. in Praenestina Legati Pii, 21 Apr. 1749, § 8, cor. bon. mem. Lana.

(56. Capellania (ut ad alterum transeamus) dicitur sacerdotalis, ubi rectori impositum est onus celebrandi per seipsum, vel expresse, vel saltem virtualiter. Quando autem virtualiter injunctum rectori dici queat onus celebrandi per seipsum, adi Rot. in Derthusen. *Beneficium*, 3 Junii 1741, cor. illustrissimo Molino, ubi declarantur Decisiones, quae videntur contrariae. Quod si nomen presbyteri, seu sacerdotis referatur ad exercitium, beneficium est sacerdotale habitu, sin autem referatur ad ipsum initium electionis, seu praesentationis, beneficium est sacerdotale actu. Rota in Majoricen. *Beneficium*, 27 Aprilis 1742, coram clar. mem. Calcagnin.

(57. Caeterum si nec expresse, nec virtualiter fuerit capellano onus injunctum celebrandi per se ipsum, Capellania dici nequit sacerdotalis, tametsi dictum sit, quod capellanus sit presbyter, et quidem idoneus et sufficiens ad celebrationem Missae, et divini officii. Rot. in Imolen. *Beneficium* super Institutione 13 Januarii 1744, cor. Illustrissimo Molino. Num idem obtineat, si dictum sit, quod capellanus sit sacerdos? Vide Rot. in Majoricen. Collegiat., 26 Aprilis 1743, cor. Illustriss. Thunn.

(58. Quod ait auctor numer. 11, Capellaniam scilicet laicalem, adeoque amovibilem de consensu patroni, tenere posse vicem tituli in promotionibus ad ordines sacros, intellige, si agatur de jurepatronatus haereditario; ita ut successor, uti obstrictus servare factum defuncti nequeat amovere capellanum; non itidem si res sit de jurepatronatus gentilitio, aut misto, sic ut successor tanquam vocatus ex propria persona possit capellanum amovere. Amostaz. de Causis Piis, lib. III, c. 1, n. 42.

(59. Pariter quod inquit auctor n. 43, Capellaniam videlicet fundatam cum onere celebrandi divina officia in cathedrali vel collegiata Ecclesia, requirere personale servitium, quod non potest adimpleri per substitutum, intellige si obtinens illam Capellaniam recenseatur inter mansionarios illius Ecclesiae; quia si non sit de mansionariis, non est obligatus ad personale servitium, potestque per alium inservire. Rota in Vicen. *Beneficium* 5 Julii 1751, § 11 et plur. sequent., cor. Illustrissimo Cortiada.

ADDITIONES CASINENSES.

(60. Quaedam adducere intendimus de Capellaniis ex Berardi Commentariis in jus ecclesiast. universum tom. II Append. de Benef. impropriis. Capellaniam institutio originem recentiorem habet inductam exemplo beneficiorum. Etenim cum olim auctoritate antistitum tributa fuissent ecclesiastica officia, et unicuique clerico certa bona assignata sub nomine beneficium, antistitum exemplo vel collegia clericorum, vel singulares personae, etiam laicae, certa bona certis conditionibus discreta voluerunt, quibus clerico cuidam certis indictis oneribus consuleretur. (61. Convenit Capellania cum beneficio in eo, quod in utroque certum sit sacrum officium obeundum, aut saltem religiosa, vel pia quaedam munera exercenda, adeo ut capellanus ea non implens removeri abs jure Capellaniae possit, monitione tamen praemissa, nisi fundator jure ipso capellanum a Capellania cadere voluisset. (62. Deinde illud est et beneficiis et capellaniis commune, ut certa quoque in capellaniis constituta sint bona, quasi dos a capellano in perpetuo possidenda. (63. E converso, a beneficio Capellania differt primum in eo, quod beneficium ecclesiasticum clerico semper concedatur, at Capellania non semper clericum exigat possessorem, sed et quandoque laico conferatur; adeo ut, si Capellaniae nullae exercendae hierarchicae functiones adhaereant, sed tantum pia quaedam opera, aut religiosa, veluti dotium annuatim praestandarum, pecuniae in pauperes distribuendae, haec a laico capellano fiant; quod si functiones hierarchicae peragendae sint, laicus capellanus satisfaciat, si clerico eas abundas mandet, nisi specialiter in fundatione cautum fuerit, ut capellanus clericus esse debeat. (64. Potissimum autem discrimen, quod inter Capellaniam et beneficium intercedit, et ex quo semper Capellania a beneficio distinguitur, illud est, quod beneficium vere inter jura Ecclesiae recenseatur, et titulus semper penes Ecclesiam sit, manente administratione generali penes Ecclesiae praelatum, licet identidem reserventur quaedam jura honorifica gratia fundatoris, eorumque, qui a fundatore causam habent. At Capellania proprie non est inter jura ecclesiastica, cum titulus remaneat penes fundatorem, sive iste laicus sit, sive ecclesiasticus, vel penes eos qui a fundatore causam habent, licet fieri possit ut multa ad Capellaniam ipsam spectantia conferantur in fidem, religionem ac sollicitudinem praelati ecclesiastici; ex quo fit ut multa quae in beneficiis obtinentur ex constitutionibus praelatorum, ad Capellantias non producantur.

(65. Item etiam Capellania distinguitur ab Anniversariis. Commune est et Capellaniae, et Anniversario, et piis relictis, ut perpetua censeantur, quoscumque haeredes, etiam seors obligatura, nisi expresse constet aliter fundatorem voluisse. In supradictis omnibus causa etiam perpetua est, nimirum divi-

nus cultus, redemptio peccatorum, suffragium animæ defuncti, aut opera pia pauperibus sibi perpetuo succedentibus utilia. (66. Distat vero Capellania ab anniversariis cæterisque relictis piis defunctorum, quod in Capellania certi fundi demonstrantur, atque a patrimonio seu hæreditate fundatoris segregantur, quasi dos ejusdem Capellaniam adsignata Capellano; sed in Anniversariis, cæterisque piis relictis præcipua habetur personalis obligatio hæredibus imposita, etiam sine ulla designatione certorum fundorum; quod si quando contingat certos fundos pro executione pii relictii demonstrari a testatore, hæc tamen demonstratio non eo refertur, ut indicetur, fundos eosdem esse veluti certam rem ab hæreditate separatam, quasi dotem pii operis instituti, sed eo, ut noverint hæredes, quibus ex fundis luere quantitatem debeant ad executionem piæ voluntatis, velut noverint hæredes, manere apud se præcipuam personalem obligationem, fundosque designatos, causa pii relictii hypotheca obligatos esse. (67. Ex quo proficiscitur Capellaniam prorsus extinguere, ubi fundi perierint, quanquam non pereant cætera perierint, etiam pereuntibus fundis, causa executionis aut hypothecæ demonstratis, manente semper in hæredibus quibuscumque personali obligatione. (68. Proficiscitur insuper fundos Capellaniam adsignatos alienari non posse sine solemnitatibus requisitis in alienatione rerum ad rempublicam pertinentium, et sine causæ cognitione; e contrario alienari posse

## CAPELLANUS.

## SUMMARJUM.

1. Capellanus tenetur per seipsum Missas celebrare, si id verbis expressis, aut æquipollentibus cautum fuerit in fundatione capellaniam. — 2. Imo Capellani tenentur Missas celebrare per seipsos, si adsit præceptum testatoris, seu fundatoris ita conceptum: *E se alle volte non potessero celebrare, facciano celebrare per altri.* — 3. Sic etiam, si onus Missarum reperitur injunctum Capellano hac lege: *Che debba celebrare la Messa, e se alcuna volta non potesse, faccia celebrare altri quotidianamente.* Vel *che il Cappellano pro tempore, in tempo della raccolta abbia vacanza di due mesi l'anno, e non piu. Che potrà prender tutti, o pochi giorni alla settimana, e ciò etiam in caso di malattia possa farle dire da altri.* Vel: « in casu infirmitatis, vel absentiam possit Capellanus alium substituere, » dicitur onus injunctum personale, ita ut per seipsum teneatur celebrare. — 4. Secus si testator dicat, *qual Messa vuole, che sia celebrata dal Rettore, che sarà nominato;* nam tunc Missa poterit celebrari, et onus adimpleri per alium; sicuti si ita mandaret: « Hæres teneatur eligere Capellanum; qui singulis hebdomadis celebret Missas, v. g., quatuor. » Nam etiam tunc non teneatur celebrare per seipsum, sed posset per alium. — 5. Capellanus, qui de mente testatoris quotidie per seipsum celebrare tenetur, semel in hebdomada per alium poterit celebrare. — 6. Obligatio enim quotidie per se celebrandi inhonesta et illicita censeri debet. — 7. Imo volunt doctores, quod Capellanus obligatus ad quotidie celebrandum per se ipsum personaliter, nedum semel in hebdomada possit celebrare per alium, sed etiam titulo honestatis, vel reverentiæ Sacramenti, aut alia justa causa possit aliquoties, et etiam semel in hebdomada abstinere a celebratione absque eo quod faciat tali die celebrare per alium,

ab hæredibus fundos demonstratos pro Anniversariis cæterisque piis relictis sine ulla solemnitate, et sine causæ cognitione, nisi aliud fundatorem voluisse probetur, manente tamen penes hæredem alienantem personali obligatione; arg. leg. 81, § ult., ff. de Contrah. empt. l. 96, 120, ff. de Legat. 1, l. 38, ff. de Usu et usufr. leg. 2, § 1, ff. de Alim. et cibar. legat., aut in novum possessorem translata hypothecaria obligatione, si pro anniversario, piisve relictis fundi fuerint a fundatore obligati; arg. l. 12, ff. de Alim. et cibar. leg., vel si tacite ex lege hypothecæ obnoxii fuerint, uti contingit, quoties legato constitutum Anniversarium proponatur; l. 1, Cod. Communia de legatis. (69. Denique proficiscitur, institutis Anniversariis, vel piis relictis, bona demonstrata dividi inter hæredes pro hæreditaria parte, divisa quoque eodem modo obligatione, contra quam obtineat in Capellania, quæ semper individua est, cujus propterea bona una cum obligationibus cohærentibus semper manent apud Capellanum, sive hæres sit fundatoris, sive quicumque alius, hac adjecta observatione, ut si forte a fundatore hæres fuerit Capellanus institutus in perpetuum, et emergat casus plurium cohæredum, tunc apud seniores, tanquam apud patronum, bona Capellaniam consistant, nisi aliud adpareat a fundatore constitutum; arg. l. 77, § 21, ff. de Legat. 2 juncta l. ult. ff. de Fide instrumentorum, et l. 192, ff. de Regul. juris.

maxime si obligatio quotidie celebrandi sit mere personalis ad ipsius Capellani personam directa. — 8. Affertur ad id decretum Sacræ Congregationis Visitationis. — 9. Capellanus, qui tenetur quotidie celebrare, non potest novam eleemosynam accipere, et duabus obligationibus unica Missa satisfacere, nisi in fundatione expresse cautum sit, quod non teneatur sacrificium applicare. — 10. Capellanus, qui potest per alium celebrare, non tenetur dare stipendium sacerdoti celebranti ad rationem reddituum Capellaniam. — 11. Sic Capellani amovibiles, qui sunt nominati vel electi ab hæredibus testatorum ad celebrandas Missas, cum assignatione certi redditus, juxta dispositionem testatorum, possunt assignare certam mercedem juxta morem regionis sacerdoti pro Missis celebrandis, et pro se aliam partem retinere. — 12. Ita etiam Capellanus ad nutum amovibilis cum obligatione unius Missæ qualibet hebdomada cum stipendio legato, et confirmato de octo annis in octo annos, potest demandare celebrationem dictarum Missarum alteri cum eleemosyna consueta juxta morem regionis, retenta sibi parte dicti stipendii debiti Capellano. — 13. Si vero reperitur injunctum, v. g., quod celebrentur singulis annis Missæ 50, S. Gregorii pro defunctis in Ecclesia N. per sacerdotem eligendum a N. cui solvantur pro eleemosyna scuta octo, vel decem; Capellanus sacerdos sic electus tenetur per seipsum celebrare, nec poterit dare eleemosynam currentem alteri sacerdoti, qui præfatas Missas celebret, retento sibi quod superest. — 14. Capellanus, cui impositum est onus, ut debeat continue singulis diebus Missam celebrare, etsi cessaverit eam celebrare, teneatur, v. g., solvere duos Paulos pro qualibet Missa non celebrata, non potest umquam vacare, nisi suppleat per alium. — 15. Non tenetur tamen

neque per alium celebrare tempore infirmitatis non excedentis quindecim dies. — 16. Imo ex Concilio provinciali Mediolanensi Capellanus deobligatur a celebrando, et supplendo per alium ratione infirmitatis, etiamsi per mensem integrum ægrotet. — 17. Si vero ex fundatione Capellanus non teneatur celebrare per seipsum, cum talis Capellanus nunquam possit a celebratione vacare, ipse non teneatur per alium celebrare solum tempore infirmitatis non excedentis quindecim dies. — 18. Sacerdos autem substitutus a Capellano ad celebrandum pro fundatore, si omittat celebrare causa infirmitatis per aliquot dies, non acquirit stipem Missis omissis correspondentem, sed illa est eroganda alteri sacerdoti, ut celebret, vel est retinenda ab ipso Capellano, si per seipsum pro illis diebus celebret. — 19. Capellanus Episcopi, qui cum eo recitat officium, debet se illi conformare. — 20. Capellanus eligendus ab Episcopo pro tempore, non est amovibilis, neque manualis, sed perpetuus. — 21. Capellani Ecclesiæ cathedralis, qui sunt membra Ecclesiæ, debent incedere in processionibus, et sedere in choro immediate post canonicos, nec inter eos debent interponi rectores Ecclesiarum aliarum, etiam prætextu doctoratus. — 22. Capellanus presbyter prius ordinatus debet præcedere Capellano postea ordinato, licet ultimo ordinatus prius acceperit possessionem capellaniam. — 23. Non potest episcopus præcipere Capellanis capellarum campestrium regularium, ne Missas celebrent, antequam celebretur Missa Ecclesiarum parochialium. — 24. Capellanus non potest cogi ab Episcopo, ut celebret certa hora, quando in fundatione hoc non reperitur injunctum. — 25. Potest tamen Episcopus Capellanum adstringere (non censuris) ad providendum de proprio paramenta. — 26. Capellanus semel exami-

(1. Capellanus tenetur per seipsum Missas celebrare, si id verbis expressis, aut æquipollentibus cautum fuerit in fundatione capellaniam; quod enim in ipsa erectione capellaniam constitutum et dispositum est, id omnino est observandum, ut expresse statuitur a Concil. Trid. sess. 23 de Reformat., cap. 5. Nec requiritur, ut in erectione sit expresse statutum, ut Capellanus celebret per seipsum, sed satis est, ut id verbis æquipollentibus sit ordinatum; arg. cap. In his 15, de verb. signific. l. final. ff. de donat. quæ sub modo, l. Quid tamen, § 1, ff. de Re arbitr., et sic fuisse a Sac. Congreg. Conc. decisum, refert Fagnanus loc. cit., num. 76 et 77. (2. Imo Capellani tenentur Missas celebrare per se ipsos, si adsit præceptum testatoris, seu fundatoris ita conceptum: *E se alle volte non potessero celebrare, facciano celebrare per altri,* ut respondit Sac. Cong. Conc. 18 Dec. 1688. (3. Sic etiam si onus Missarum reperitur injunctum capellano hac lege: *Che debba celebrare la Messa, e se alcuna volta non potesse, faccia celebrare altri quotidianamente.* Vel: *Che il Cappellano pro tempore, in tempo della raccolta abbia vacanza di due mesi l'anno, e non piu. Che potrà prender tutti, o pochi giorni alla settimana, e ciò etiam in caso di malattia, possa farle dire da altri.* Vel: « Et in casu infirmitatis, vel absentiam possit Capellanus alium

(1) Non satis apte, sed improprie *inhonesta et illicita* vocatur sacerdotis obligatio, qua ad quotidie per seipsum celebrandum adstringatur; neque enim celebratio etiam quotidiana onus est, quod aut cum honestate pugnet, aut exsequi per se non liceat. Par-

natus, et approbatus quoad scientiam ab ordinario, nulli examini de scientia subijci debet. — 27. Nec hæres, nec executor testamentarius, neque episcopus potest in erectione capellaniam, seu beneficii simplicis injungere Capellano onus residentiam, quod testator non injunxit, neque addere, quod Capellanus pro tempore per seipsum Missas celebret; neque alio modo testatoris voluntatem immutare. — 28. Capellanus confraternitatis non potest suo arbitrio sine expressa licentia Episcopi processiones facere. — 29. Et si non adsit licentia Episcopi, non potest illas facere sine licentia parochorum, per quorum territorium transeundum est. — 30. Nec potest Capellanus confraternitatis in processionibus extra propriam Ecclesiam deferre stolam. — 31. Capellani confraternitatis non debent ab Episcopo sine causa amoveri reluctantibus confratribus. — 32. Alia de istis Capellanis. *Remissive.* — 33. Capellanus quo tempore, loco seu Ecclesia, vel altari debeat celebrare Missam, et pro quo debeat applicare; et quid possit quoad reductionem, satisfactionem, eleemosynam et alia. *Remissive.* — 34. Capellanus habens obligationem inhabitandi domum a fundatore ad id relictam, instructam supellectilibus, et mobilibus necessariis, tenetur omnimodo ibi habitare. — 35. 40. De amotione Capellani ab officio. — 41, 42. Capellanus, qui ad vitandam dismembrationem parochiæ solet constitui ad coadjuvandum parochum, utrum sit perpetuus, an amovibilis. — 43. Num Capellanus Curatus ad nutum amovibilis a patrono, inscio Episcopo amoveri queat. *Remissive.* — 44. Si in fundatione capellaniam dictum sit, quod præsentetur Capellanus, qui intra annum possit ascendere ad sacerdotium, a quo die sumatur initium anni.

substituere, » dicitur onus injunctum personale, ita ut per se ipsum teneatur celebrare, quia onus dirigitur in personam Capellani, cujus industria videtur electa, et importat satisfactionem personalem, prout in præfatis casibus respondit Sac. Cong. Conc. in Romana, 15 April. 1605, lib. decret. 35, fol. 96, et 18 Decembr. 1688, in Florentina, 13 Novembr. 1688, et in Civitatis plebis, 15 Decembr. 1608. (4. Secus si testator diceret: *qual Messa vuole, che sia celebrata dal Rettore, che sarà nominato.* Nam tunc poterit Missa celebrari, et onus adimpleri per alium: ead. Sac. Congreg. Conc., 15 Januar. 1669, lib. xxvii Decret., fol. 281. Sicuti si ita mandaret: « Hæres teneatur eligere capellanum, qui singulis hebdomadis celebret Missas v. g. quatuor. » Nam etiam tunc non teneatur celebrare per se ipsum, sed posset per alium; ut ead. Sac. Congreg. Conc. respondit in alia Sabinen., 18 Mart. 1684.

(5. Capellanus, qui de mente testatoris quotidie per se ipsum celebrare tenetur, semel in hebdomada per alium poterit celebrare. Sacra Congreg. Concil. in Comens, 10 mart. 1623, arg. cap. *Significatum* 11 de Præbendis. (6. Obligatio enim quotidie per se celebrandi, inhonesta et illicita (1) censeri debet. Rota Romana part. i recentior. decis. 496. (7. Imo volunt doctores, quod capellanus obligatus

cendum tamen auctori est, quod illis vocabulis nihil aliud inuere voluerit, nisi quod tanta esse nequeat celebrandi obligatio, ut ab isto onere quotidiano dispensari duplici saltem de causa non possit, scilicet ob corporis infirmitatem, et ob specialem aliquam